

F. K. 79.

X 204732A

Z6

356

B. C. D!
POST SOLIS

Fori Solique Saxonici Nitidissimi

OCCASUM

Parentale Sacrum

Eidem More Christiano facere; sive quod idem est,

ORATIONEM

VIRO

Virtutum Encomiò, Fame Praconiò, Invidie quoque Testimoniò,

Generis Antiquitate, Scientiæ apparatu, Prudentiæ

actu, Judiciæ rectitudine

EMINENTISSIMO

DNO. HEINRICO

HILDEBRANDO ab Einsidel/

In Scharfenstein/Weißbach und Lumpzig

Dynastæ,

A. O. R. clò lbc XXII. XIV. NOVEMBR. NATO,

A POTENTISSIMO OCTOVIRO-
SAXONE

clò lbc LI. XV. OCTOBR. Lipsiæ Superiori,

clò lbc LV. DRESDÆ Supremo, Appellationum Iudicio Assessori,

clò lbc LIX. XIX. OCTOBR. Eidem Præsidi,

clò lbc LXI. VIII. Maij Præfecturis

VVolcken- & Lautersteinensibus Capitaneo,

clò lbc LXV. Sanctiori Consilio Senatori,

A. Celsissimo, Dn. Dn. FRID. VVILHELMO DUCE SAXONICO

UNICO HEREDI, PRINCIPI JUVENTUTIS, dum viveret Contutori;

Hactenus Ducatus Altenburgici Directori, Dato,

Ubvis immortaliter & de mortalibus Solis instar Merito,

clò lbc LIII. I. Junij, cum minima natu Filia,

Tit. ABRAHAMI à Schönberg, in Frauenstein/Rechenberg/Hirschberg und

Mulda Dynastæ, Electoris - Saxonis Equitum Magistri &c.

Virgine Simulacro quovis Emendatiore & sui sexus Decore

AGNE ELEONORA, felicissime confarreato,

VII. } Natorum

IV. } Natarum

} Sed ad huc excellentis Indolis

{ IV

{ III

} superstitum Parenti

clò lbc LXXV. XIX. IXBR. Æt. L. III. M. I. Die V. hor XII. Dresdæ pio obitu Cælo Redonato,

clò lbc LXXVI. VIII. Maij communi Matri in Scharffenstein mandato,

Patræ ac Patri suo Incomparabili

FREIBERGA Ejusque Patres Conscripti

IV. Kal. Iun, hujus Anni in Auditorio Gymn. horâ IX. antemer. dicere iusserunt,

Ut omnes atque singuli

EUSEBIES, ASTRÆÆ HYGIÆ AC PHILOSOPHIÆ

Doctores Amatores ad Eandem audiendam concedere velint

Hisce rogantur officiosissime,

à M. Andr. Beyern Dicturo, R. G.

LITERIS ZACH. BECKERI.



B. C. D!

Lectori Benevolentissimo,

S. P. D.



Iram sane quidem Piscis speciem,
& sidus quasi quoddam in aqueo Regno,
quinque radiorum, & dum vivit, i-
gneæ naturæ, à formâ, quâ cum
stellis ferè communem habet,
Stellam dictam, nobis, è multis
Cimeliis, quæ in Musæo admi-
randa conservat recondita, descriptam dedit Lu-
DOVICUS MOSCARDUS Nobilis Veronensis; Sed splendidius quod-
dam quasi SIDUS & SOLEM quendam in Terris totidem radiis, vir-
tutibus scilicet plane regiis, indissolubili vinculo jun-
ctis, Rectitudine in judiciis habendis, puritate in
vita degenda, promptitudine in expediendis, pa-
tentiâ in tolerandis tot negotiis, & prudentiâ in
administrandis provinciis, ILLUSTREM depinxisse
potest videri, Antonius de Gvevara: (2) Cum PRÆSIDEM
informaturus ad PRAESIDEM Regni Granaten-
sis scribit: Deve tener el buen Præsidente, rectitud en el juzgar,
limpieza en el bivar, presteza en el despachar, paciencia en el nego-
tiar, y prudencia en el gobernar, las quales cinco virtudes son si tan
connexas y en el necesarias, que no le aprovecharan tanto las qua-
tro que tenga, como le dañara la una que falte. Enimvero
quisquis hisce radiat virtutibus in tanto fastigio
constitutus, non potest non videri SOL quidam
TERRESTRIS, cum præsertim ex mente Euripidis,
neque Hesperus, neque Lucifer ita niteat, quam vel unicâ ex his, lu-
stitiâ præditus vir. (3) Et Talis, eheu! SOL è TOT, qui-
bus Exterorum luminibus obstruit Terra Forum-
que Saxonicum, NITIDISSIMIS, occidit non ita
pridem; occidit, inquam obscuris mortalium re-
bus

(1) Libro 3. c. 68. p. 228. ubi figuram, 229. ubi descriptionem subjungit: *La stella Marina* è un pesce, che per la similitudine, che ha con le stelle depinte, vien così chiamato: è formato con cinque raggi, distinti in varii nodi &c.

(2) Anton. Gvevara Episcopus, Prædicator, Consiliarius &c. Caroli V. in familiaribus Epistolis Antver. p. 1694. Hispanicè in press. p. 136.

(3) Apud Cælium Rhodiginum Lætion. Antiqu. l. 24. c. 14. p. 1289. seqq. ubi, veluti me-
retur, invidendis prædicat Encomiis; *Justitiam virumque justum* &c.

bus extricandis divinitus datus ortusque SOL,
 DECUS & FULGOR ORBIS LITERATI, SIDUS
 per benignum nostræ FREIBERGÆ, &c. (quod
 doloris signum, (4) & haud vulgaris fuit incitamentum)
 medio cum nunc altissimus orbe
 tantum respiceret, quantum superesse videret,
 dignus qui nunquam occideret, VIR & ANTI-
 QUISSIMAM GENTEM & DIVINAM MEN-
 TEM ILLUSTRISSIMUS, DOMINUS HEINRI-
 CUS HILDEBRANDUS ab EINSIDEL, in Schar-
 fenstein Weißbach und Lumpzig DYNASTA, PO-
 TENTISSIMI OCTOVIRI SAXO-
 NIS, in SANCTIORE CONSILIO SENATOR,
 in SUPREMO JUDICIO PRÆSES, CELSISSIMI
 PRINCIPI JUVENTUTIS DUCATUS ALTEN-
 BURGICI, dum viveret, à SERENISSIMO
 PARENTE, DOMINO FRIDERICO
 WILHELMO datus CONTUTOR, hætenus ejus-
 dem DUCATUS DIRECTOR, &c. ubi vis SOLIS in-
 star BENIGNISSIMI de mortalibus meritis incom-
 parabiliter. Hic cum calidissimis nos foveret radiis, (5)
 cito in lachrymas solvit, strepitumque, (6) non mendacem
 cadens dedit, & nunc ab Occidente in Orientem (7)
 tendit, mox rediturus ad Astra, sed in Cœlis. Quid
 multis? cum justis jam ut sol effulget in Regno Patris sui,
 Matth. XIII, 43. Quò enim fidissimus Servator suos

B lau-

(4) Phrasi Spiritus S. *occafus solis in meridie* improvifarum Calamitatum nota est. Jer. XV, v. 9. Amos. VIII 9. Flacius in Clav. Raup. in Lex. &c. Heinf. Aristarch. sacro p. 715. edit. in folio.

(5) Aristotele teste Problematum sectione V. p. m. Edit. Aurel. Allobrog, 866. *res calida, ut sol lachrymam ciet.*

(6) Saxi vel ferri igniti instar, veteres fabulabantur *solem* oceano mergi & extinguere: Hispani addebant: audiri in extremis Cantabrorum oris à nautis cadentis in aquas extinctique strepitum, ut ex Cleomeade l. 2. Strabone l. 3. Floro l. 2. c. 17. & Poetis passim refert Cl. Ursinus Acerra Philol. p. 501. vid. Bernegg. quæst. in Tac. 164. Rupert. ad Flori l. c. p. 425. Barth. Advers. l. 12. c. 4 p. 673. ad Stat. II Silv. .7 p. 251.

(7) Muhammedani solem post pantocriticum ab occidente in orientem iturum esse statuunt, inde traditio illa apud eosdem quam Muhammedes ipse reliquit: *Quicumque poenitentiam egerit, antequam sol ex Occidente ortus fuerit, illum in gratiam clementer recipi à DEO* vid. Clarif. Gentium in Notis ad Musladini Sadi Rosarium p. 611. & Olearium ad German. yersion.

laudato axiōmate aliquando iri ornatum dixit
 cum tot aliis, AXIOMATE, eò ipsò & majore (8) jam
 beatum animam triumphare, quis dubitabit? cum
 inter mortales adhuc tam feliciter SOLEM JUSTI-
 TIÆ in COELIS, communem mundi oculum in Polo
 æmulatus sit fere semper. 1) Eò igitur momentò, quò
 in his terris SOL effulgere desiit, cœpit 2) in Regno
 (9) ante jacta mundi secula paratò, Patris Sui, (10)
 qui per Filium in filium adoptaverat, 3) ad modum
 Solis denuo, (nisi jam quoad animam, quod credi-
 bile est, clarius,) effulgere, hoc est, juxta Græcam
 vocem (11) ἐκλάμπειν, & quâ Gallus interpres è Sorbona
 (12) expresfit, briller, vibrare lumen, veluti positæ
 ordine gemnæ

Clara repercussò reddunt sua lumina Phœbò,
 Qui hîc mortalis adhuc 4) ad hanc merito Christi
 partam beatitudinem tanquam Ovis Boni Pastoris,
 juxta funebrem textum Joh. X. 27. auribus arrectis
 oculisque intentis collimârat, 5) nihil prius & antiquius justitiâ,
 qua

(8) *August.* l. de vanit. secul. c. 2. qualis tunc erit splendor animarum, quando solis
 claritatem habebit lux corporum. apud *Gerhard.* in Notis posthumis ad Matth. CXIII. 43.
 p. 679. vid. *Bertram.* in l. c. Matth. p. 398. proponit vero Salvator Dulcissimus è tot *Axi-*
omatis, quibus in Vita Æterna gaudebimus, hîc *Nobilissimum*, *Claritatem*, & simul 1) ὁ ἕνεκεν
 πον *Momentum* seu tempus, quando? voce *tunc.* 2) τόπον seu locum ubi? in Regno Patris. 3)
 πῶς, *quomodo* lucebunt? ut *Sol.* 4) σκοπόν, *adquem* in hac vita colliment attentis auribus.
 5) πρόσωπον, *personas* quæ effulgebunt? *Justos.* sed tamen *dispare gradu.* vid. *Theologi* in
 LL. CC. *Hutter.* in Locis Theol. p. 884. *Hulsem.* in Brev. c. 16. supp. θ. 12. p. 282. alique, & quos
 citat in hanc rem ὁ πάνυ *Gejerus* ad Dan. c. XII. 3. p. 976. seq. prolixitatem scholii excusa-
 bit amor patriæ cœlestis & desiderium.

(9) *Matth.* XXV. 34. *Eph.* I. 4. *Tit.* I. 2. 2. *Tim.* I. 9.

(10) *Salvator* potuisset dicere *mei*, maluit verò *sui*, ut spem fidelium magis erigeret,
 ostenderetque esse eos *Regale sacerdotium* 1. *Petr.* II. 5. 9. ex *Apoc.* I. 6. jam *Reges* & vitæ
 æternæ *heredes*, *Tit.* III. 7. vid. *Synops.* Biblior. Critic. Angl. Tom. IV. ad h. l. p. 367. inde
 nonnulla Exemplaria teste, *Guilielmo Cantero* legêrunt: ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν ἁγίων τῶν
 πατρῶν & *Æthiop.* interpres addit. *Patris, qui in Cœlis est.*

(11) *Ἐκλάμπω* quasi *λιανφῶ*, valde luceo, auget præpositio, ἐκ.

(12) In N. T. quod A. 1676. Gallicò, sed scitò prodiit idiōmate; (in cujus privilegio à
Carolo Hispaniarum Rege datò *Gasparo Migeot* Librario jurato Monte (*en la ville de Mons*)
par un Docteur de la Sorbonne traduit du Latin en Francoi, dicitur) meâ sententiâ ἐμφανωτέρος,
 quam in Hispanica versione, ubi: *Entonces los Justos resplandeceran &c.* à quâ nec *Itala* Deo
 dati & *Genevensis* Gallica abit; vertit: *Alors les justes brilleront comme le soleil dans le royaume*
de leur Pere &c. est enim *briller*, *jettare raggi*, *com un diamante.*

quâ de fide suâ vivâ testaretur, habens, Sincerus purusque Christianismi Professor, & juris Defensor totâ vitâ, inque eô Confiliô, ac Iudiciô, quo prius in his terris non est, & ad quod Exteri provocant, veræ Justitiæ cupidi, (13) cujus alterius Ipse Pars non ultima; alterius vero Caput erat, utriusque SOL; Illius supra Astra, Istius intra Astra, Hujus infra Astra, sed supra Astra noti SOLIS ELECTORIS SAXONIS, & quos à Latere habebat TAM ILLUSTRES SOLES COLLEGAS FELICISSIMUS & ACCURATISSIMUS ÆMULUS: *Αδελφός* JUDEX (14) & cui perpetuo ante oculos videtur fuisse, quod habet in Theatro suô Garzon (15) consilium, quo necessarium dicit, non modo conveniens: Che un Gjudice habbia una mente incorrotta, e vergine in tutte le cose, che vitiar la e contaminar la ponno, perche non bisogna, che per dani si corrumpa, per timor si pieghi, per passione si mova, per ignoranza falli, per rispetto pechi, per pietà pervertisca l' ordine della giustizia in modo alcuno. Qualem hic Noster habuit, vel invidia teste. Et magna felicitatis nostræ pars est, quod in tali HEROE habuit, & Alio mox expectat Patria, extra eandem vero multi exoscularentur. Mucha merced haze Dios a los, que no trae a manos de Capitanes superbos, de pilotos temerarios, de letrados desalmados, de medicos necios, y de Juezes inexpertos: porque el Capitan superbo pelea sin tempo, el piloto temerario echaos al hondo, el letrado desalmado pierdeos el pleyto, el medico necio quieraos la vida, y el Juez inexperto robaos la hazienda, scribit supra laudatus Guevara. (16) Tantum enim abfuit, ut quicquam vel vi vel fraude rapuerit, ut potius & hîc Solem imitatus fuerit, qui

(13) Vid. Dedicatio incomparabilis Zigleri Dicastices, quam beato Nostro & Aula Saxonica Atlanti debere voluit, Magno Taubio.

(14) Vid. Cæl. Rhodig. Lect. Antiqv. loco laudato.

(15) Piazza Univerl. Disc. 146. p. 889.

(16) In Epistolis Familiar. p. 213. seq. ubi subjungit: Judices in Republica debere esse: in vita honestos, in justitia rectos, tolerantés in injuriis, meditantés in pronunciando, justii in eò, quod præcipiunt, recti certique in eò, de quo, quid sentiant, dicant, & misericordes, quando sententias exequantur. nervosius Castiliana lingua effert: los luezes han de ser honestos en la vida, rectos en la justicia, sufridos en las injurias, medidos en las palabras, justificados en lo que mandan, rectos en lo que sentencian, y piadosos en lo que executan, &c.

qui omnibus largiter dat, nihil à quòquam accipit,
 omnibus lucet, sed sine redhostimento. Possem
 hujus rei totas urbes producere testes, nisi iterum
 res tam clara esset, quam sol in meridie est, cum
 sudum est Cœlum. Sola Freiberga nostra hanc rem lo-
 quetur, quousque ad posteros durabit. Turcarum
 non inconcinno Rhythmo: (17) Er alur, ad Kalur; h. e.
 Vir obiit, sed nomen ejus Ipsi superstes erit, quamdiu ipsa erit.
 Et hæc causa est, cur PATRES EJUSDEM CON-
 SCRIPTI Autores mihi extiterint, ut PANEGYRICO de
 GRATA, quam debuerunt HIIC SOLI, quique his
 Terris & Urbi constituit, PATRI PATRIÆ
 PATER RIMO, quam reliquit, COMPARI
 EXALUMINATISSIMÆ, deque se genitis non DE
 GENERIBUS NOVIS SIDERIBUS, tot HEROIBUS,
 qui propinquitate & necessitudine attingunt,
 testarer Mente, & ad posteros suos propagarem. Id
 quod, cum recusare nec decorum, nec honestum
 viderem, quippe qui aliis in rebus lubentissime
 ipsorum sequor Autoritatem, quidni in eò nego-
 tio, ad quod temerarius me impulisset impetus
 aliàs, nunc vero tentem, idem mihi evenire sentio,
 quod solem tacitis & irretortis intuentibus oculis,
 quibus quò diutius inspiciunt, eo habetior reddi-
 tur oculorum acies, eoq; minus vident. Sic quo in-
 tensius inspexi, eò minus assecutus sũ. Omnia meâ
 deprehendi infantia dicendi majora; Præoptavi
 tamen ingenuâ imbecillitatis confessione defun-
 cturus, infantia potius, quam in obedientia aut si-
 lentii crimen sustinere. Quare quod alibi splendore
 suo nobiles, cultu amæni, amabiles vultu, decori
 specie, amplitudine & dicendi peritiâ admirandi
 fecisse jam audimus, Cras DEO dante facere
 CO-

(17) Ex Levin. VVarneri Proverbiorum Persicor. Centuria p. 24. imo juxta Persarum
 Adagium *Vigebit nomen excellens* (Neuschirvanni) *Einsidelii*, quamvis diu sit, quod amplius
 non sit superstes.

conabimur, nullis oratorum cumulati suffragiis
ascititiæ & omnis commemoratæ ignari com-
mendationis perpetuis à SOLE mutuatis EMBLE-
MATIS. Novimus quidem esse hunc Astrorum Princi-
pem PRINCIPUM plerumque SYMBOLUM, in Mone-
tis (18) in statuis, monumentis; &c. sed nec hoc perpetu-
um, nec ipsorum adeo proprium est, ut non ad
alios tractum reperias Solem. Ipse Deus Pa-
trem sub SOLIS schemate Mortalium Castissimo
exhibuit, & Magni Viri, non minor filius Joh. Conr.
Dietericus, (70) virum in Cognitione Solis Justitiæ
occupatum tantæ in oculis DEI pretiositatis esse,
quantæ Solis in aliorum; nihilque pretiosum in
Coelis, nil in terris, nil sub terra relinqui, cui non
comparari possit; omne denique pretium, omne
rerum humanarum Decus probum & pium virum
complecti, dicit. Nec proinde nos invidiam con-
flaturos esse speramus in subsidium ipsam verita-
tem (ad vix aliam propius accedebat rem, quam ad
vitale hoc Iubar,) accersituri, quod quæ multarum
Gentium fuit consuetudo pessima, (21) post OCCA-
SUM HUIUS SOLIS SACRA facere paremus; neque
enim ultra, quam nos Christianos, et hunc HERO-
EM decet, tendimus, sed intra limites consistimus
pietatis; quos ultra citraque nequit consiste-
re rectum. Veniam igitur non desperamus; Ro-

ga-

(18) Apud Octavium de Strada, v. g. Elisabethæ Reginae Poloniae p. 476. Leonoræ Reg.
Portugal. p. 482. 845. 486. 499. &c. & apud alios.

(19) Gen. XXXVII. 9. vid. B. Danhauerus Lactis Catechet. part. II. p. 56. seq.

(20) Antiquitat. Biblicar. p. 308. accedit, quod Sol Vulcani filius, Philosophus & sum-
mus Justitiæ cultor fuisse dicitur apud Kircherum Oedipi Tom. I. p. 172. Et ab eodem symbo-
bolum mentis superno lumine illustratæ Tom. II. patt. I. p. 263. quod ante ipsum Antonius Ricciardus
Brix. Tom. II. Commentariorum symbolicorum docuerat in voce sol. qui & Justitiam Ei-
dem dicatam dicit p. 208. l. c. quod æquè omnibus suum imperiatur munus, quod & Judicium est,
nostrique Præsidii fuit. Affert ibidem varia ex Barthol Tagio, Ruscellis, à sole ingeniose petita
Insignia & Emblemata, ut nec mirum videri cuiquã possit, quod idem facere tentaverimus &c.

(21) Non Orientem solem solum ortumque pavido mur mure, inclinato capite, osculis, conse-
cratis quadrigis & Equis, positus statuis, ridiculisque aliis variis modis colebant; sed post oc-
casum quoque Eidem sacra instituebant, prout docent Barthius Advers. Libr. 10. c. 12. p. 480.
Hemsius Aristarch. Sacra Edit. in fol. p. 714. seq. Kipp. in Recens. Ant. Seldenus inde DIS Syris, &
nos non uno in loco in Additamentis ad Eundem,

gamus potius optima spe freti, ILLUSTRES METAL-
 LICÆ REI EXARCHOS, OMNES ATQUE SINGU-
 LOS DOCTOS, DOCTORUM AMATORÈS, quos vel
 NOSTRA FREIBERGA, vel EANDEM ornant, QUO-
 CUNQUE veniunt NOMINE, & quocunque in ORDINE vi-
 vunt, ne, qui OMNIBUS BENECUPIIT, DE NULLO
 MALE MERERIVOLUIT, tantum à Vobis impetrare ne-
 getis, ut pessimum oratorem de OPTIMO VIRO,
 de MAXIMIS REBUS balbutientem non dedignemini
 audire. Meruit EINSIDELII HEROICA, sed
 TOGATA VIRTUS; agnoscent, quorum inter est, & ego,
 quò ineptior ad hanc rem accedam, eo plus virium
 mihi addi credam HONORIFICA VESTRA PRÆ-
 SENTIA, eoque majorem de tanta Benevolen-
 tia gloriandi nanciscar occasionem. Dedi Frei-
 bergæ, è Museo A. P. C. N. cIo Ioc LXXVI.
 Die V. Kal. Junii.

ΕΠΙΤΥΜΒΙΔΙΟΣ ΛΟΓΟΣ.

SIVE CIPPUS:

ADSTA Viator, quisquis es, mirare quod
 SOL mortuus sit hic, mori qui nescius,
 Et nunc sepultus hîc, cui orbis haut fatis
 Splendore, ut olim, maximò nunc quem expleat.
 Mirare, qui vivus mori SOL possiet
 Condique, SOL qui totius mundi capax?



X 204732A

Z6
356

F. K. 79.

B. C. D!
POST SOLIS

Fori Solique Saxonici Nitidissimi
OCCASUM

Parentale Sacrum

Eidem More Christiano facere; sive quod idem est.

ORATIONE

VIRO

Virtutum Encomiō, Fame Praconiō, Invidie quae

*Generis Antiquitate, Scientiāe apparatus
actu, Judicii rectitudine*

EMINENTISSIMO

DNO. HEINRICH

HILDEBRANDO

In Scharfenstein/Weißbach

Dynastæ,

A. O. R. cl. l. c. XXII. XIV. NOVEMBR.

A POTENTISSIMO OCCASO
SAXONE

cl. l. c. LI. XV. OCTOBR. Lipsiæ Sup

cl. l. c. LV. DRESDÆ Supremo, Appellationu

cl. l. c. LIX. XIX. OCTOBR. Eider

cl. l. c. LXI. VIII. Maij Praefectur

Vvolcken- & Lautersteinensibus Cap

cl. l. c. LXV. Sanctiori Consilio Sen

A. Celsissimo, Dn. Dn. FRID. VVILHELMO D

UNICO HEREDI, PRINCIPI JUVENTUTIS, dum viv

Hactenus Ducatus Altenburgici Direc

Ubvis immortaliter & de mortalibus Solis in

cl. l. c. LIII. I. Junij, cum minima natu

Tit. ABRAHAMI à Schönberg, in Frauenstein/Re

Mulda Dynastæ, Electoris - Saxonis Equitum M

Virgine Simulacro quovis Emendatore & sui sexu

AGNE ELEONORA, felicissime con

VII. } Natorum } Sed ad huc excellentis Indolis { IV

IV. } Natarum } { III

cl. l. c. LXXV. XIX. IXBR. Æt. L. III. M. I. Die V. hor XII. Dres

cl. l. c. LXXVI. VIII. Maij communi Matri in Schar

Patrono ac Patri suo Incomparabili

FREIBERGA Ejusque Patres Co

IV. Kal. Iun, hujus Anni in Auditorio Gymn. horâ IX, ante

Ut omnes atque singuli

EUSEBIES, ASTRÆHYGIEÆ AC P

Doctores Amatores ad Eandem audiendam con

Hisce rogantur officiosime,

à M. Andr. Beyern Dicturo, R. G.

LITERIS ZACH. BECKERI.

